



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Distinctio vigesima octaua.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

### Magistri Durandi de

nihil productus, nec potest cadere super creaturam que per eam non productus, nec super personam a qua est, quia illa seipsum non productus, minor similiter pater, quia cum liber persona competit dicere mentale respectu sui & creature. Quilibet enim dicit se & creaturam, ut dictum est, sequitur ergo conclusio.

8. Sed adhuc dicunt quidam quod dicere duplicitate sumitur. Uno modo prout dicere est id quod verbum producere & sic est actus notionalis, nec competit cuiuslibet persona, sed tantum patri, nec illi competit sic dicere respectu sui vel creature, sed solum respectu filii qui est verbum. Hoc enim modo pater dicit verbum, id est, producere filium, non autem dicit se vel creaturam: & huic dicere responderet verbum tanquam terminus productus & iterum dicitur personaliter. Alter modo dicere sumitur pro eo quod est manifestare per verbum vel in verbo, & sic dicere est actus essentialis & conuenit cuiuslibet persona respectu sui & aliorum; quilibet persona enim manifestat se & alia in verbo: & huic dicere non respondet verbum tanquam idem vel tanquam terminus per ipsum productus, sed est forma: (ut sic loquar) per primum dicere producita in qua reducent & manifestantur omnia: ideo non valet argumentum.

9. Sed istud non videtur bene dictum. Primo: quia si nullus dicit vocaliter accipiendo dicere pro manifestare nisi per verbum suum vocale & non per verbum vocale ab alio prolatu: ita videtur quod nullus dicat mentaliter nisi per verbum suum mentale ab mentaliter prolatu & non per verbum mentale ab alio prolatu. Si ergo verbū in diuinis sit tantū personalē, puta filius, sequitur quod in tali verbo vel per tale verbū non dicet vel non manifestabit se nisi pater. Cōstat autem quod qualibet persona dicit se & alia propriè accipiendo dicere pro manifestare: ergo dicunt se & alia alio verbo & sit verbū ab solo patre productū. Illud autem non potest esse nisi verbū essentialiter sumptū quod est propriè actus intelligentiæ qui est verbū a qualibet persona dicere prolatu: quae prolatio est non secundū rē sed secundū rationē. Secundū quia in verbo sumptu pro filio nihil manifestatur nisi ratione essentiæ & non ratione proprietatis personalis: sed nihil habet rationē verbi propriæ nisi ut habet rationē manifestatiū: ergo filius non habet rationē verbi nisi ratione essentiæ vel alicuius essentialis & non secundū aliquid personalē: patet ergo quod verbum de vi vocis & propriè est aliquid essentiæ.

10. Secundū patet: scilicet quod appropriatione trahitur ad personale sicut sapientia, nos enim deuenimus in cognitionē diuinorū ex creaturis. Et ideo sicut videmus in trinitate creatā, quae attendit secundū memoriam, intelligentiam, & voluntatem, & primū procedet est actualis notitia quae est verbum ultimum procedens est amor, sic prima personae procedet in diuinis appropriatum nōmē verbi, persona autē ultimo procedenti appropriatum nōmē amoris, licet tamen verbum quā amor essentialiter dicantur. Nullus ergo debet imaginari quod filius procedat à patre per actum dicendi mentalis, & ideo fiat verbum propriæ, & spiritus sanctus a patre & filio per actum voluntaris, & ideo fiat amor propriæ, quia circumscripsit omnibus actibus intellectus & voluntatis adhuc essent in diuinis generatio filii & processus sp̄i. san. per actus cōpetentes naturae propter suā fecunditatē, ut dictum fuit su. di. 8. Sed talia nomina eis aptantur propter illa quae videatur in trinitate creatā. Secundū hunc sensum accipiendo est quod dicit Aug. quod in trinitate non dicitur verbum nisi filius, nec dominum nisi sp̄i. san. Et tamē confitat & donum potest cōpetere alteri quā sp̄i. sancto, puta filio, quia filius datus est nobis, nihil autē datur quod non sit dominus. Cōpetit etiam patre: Cū de ipso scriptū sit L. 2. lufurandū quod iurauit mōnōrū ante ad Abrahā patrem nostrū, &c. Sed propter causam prius dicitam appropriatur soli sp̄i. sancto, & verbum soli filio.

11. Quidam appropositio in tantum per confuetudinem inleuit, ut hæc quæ in principio argumētū sunt adducēta ad questionē inueniantur ab Aug. & quedā similitudine ab aliis doctōribus, quāuis de vi vocis verbum mentale tamen in nobis quā in deo sit ipsenam actus intelligentiæ, qui est aliquid essentiæ. Nec mirū, quia apud homines omnes sola tercia persona in diuinis vocatur sp̄i. san. & hoc est ex consuetudine loquēdi, quia de vi vocis pater est sp̄i. & filius est sp̄i. & iterum est sanctus, vnde vbi cungo inuenitur

### Sancto Porciano

quod esse verbum est proprium filii, & esse donum est proprium spiritus sancti, & tercia persona est proprium esse spiritus sancti, exponendū est proprium, id est proprium ex vniuersali consuetudine loquēti & scribentis, quam expositionē innuit Aug. vbi dicit quod pater est charitas, & filius caritas, & tamen sp̄i. sanctus ipse caritas nuncupatur, quod non est intelligendum quod sic propriè competat spiritui sancto quod non competat aliis, quia est contradictione in dictis eius. Sed propriè cōpetit, quia appropriat. Per hoc patet responsio ad obiectum.

### DISTINCTIO X VIII.

Sententia huius distinctionis, & primo in generali.

P̄tererea considerari oportet. Superior magister determinauit de proprietatibus personalibus. Hic vero determinat de proprietatibus vel notioribus personalibus quae non sunt personalis. Et diuiditur in duas. Nam primo determinat de proprietatibus quae importantur per hoc nōmē ingenuitatem, scilicet de innascibilitate quae est proprietas personalis, quanquam non sit personalis. Secundū de communispiratione quae non est proprietas personalis nec personalis. Secunda incipit ibi: In principio. 29. dicit. Præterea aliud nomē. Prima est principialis lectionis. Et diuiditur in tres. Primo ostendit qualiter dicitur pater ingenitus. Secundū quomodo cōuenit genitum filio. Tertiū subiungit quoddam incidentis. Secunda ibi: Scindit est igitur. Tertia ibi: Illud etiā scribi. Prima diuiditur in tres partes. Primo ostendit quomodo ingenuitatem in diuinis accipiat. Secundū mouet incidentem dubitationem magnitudinem. Secunda ibi: Illud autē rarer non oportet. Tertia ibi: Præterea queri solet. Prima istarum diuiditur in tres. Primo ostendit quomodo ingenuitatem in diuinis accipiat. Secundū mouet incidentem dubitationem. Tertiū ostendit quod proprietas per hoc nōmē ingenuitatem importatur. Secunda ibi: Solet queri. Tertia ibi: Si autem viscir. Hæc est diuina & sententia in generali.

2. IN SPECIALE I. Verō sic procedit Magister, & proponit primū quod hoc nōmē ingenuitatem aliam dicit proprietatem quā hoc nōmē pater, potest enim aliquis esse pater, & tamen nō ex eo est ingenuus, quia multi geniti generunt, & potest esse ingenuus non tamen pater, proponit etiam quod ingenuus relatiū dicitur in diuinis. Ingenuus id est quod non genitus, non genitus autē pertinet ad relationē sicut et genitus, quia negatio predicationis non mutat. Et dicit ingenuus relatiū ad non generantem sicut genitus ad generantem. Postea querit, vtrum spiritus sanctus possit dici ingenuus, sed quibusdam videtur quod sic, quia significatio est eadem vtrōbīg. Alius videtur quod non, quia ingenuus priuat omne principium. Non autem sic priuat hoc quod est non genitum. Aug. autem videtur pro eodē accepisse, non quia omnino sint idē, sed quia vnuā est quā interpretatio alterius. Deinde querit quā proprietas in portetur nomine ingenuitatem, & dicit quod nomine ingenuitatem innascibilitatem importatur. Postea dicit quod hoc nōmē ingenuitatem aliquod a sanctis tacetur, quia enim Arriani ex diueritate quae est inter genitum & non genitū concludunt diuersitatem in nature, Ideo Ambr. non voluit ut hoc nomine ingenuus. Multa enim oportet aliquando subficeri propter calumniam. Postea querit vtrum diuersum sit esse genitum, & non genitū. Et dicit quod si diuersus refertur ad actum essentialiter non sunt diuersa. Si verō ad proprietatem personalē diuersa sunt. Deinde dicit quod cum dicitur filius natura sapientia, ratio importatur, licet videatur ad essentiam pertinere. Et tamen fane est intelligendum quod cum dicitur natura sapientia, sapientia non dicit essentiā paternam, sed hypostatim habentem essentiā. Ultimum dicit quod licet dictum sit quod sapientia natura & natura imaginis relatiū dicitur, tamen essentialiter accipitur, ut quando accipitur pro ipso exemplari natura diuinā, ad cuius imitationem & similitudinem factus est homo. Hæc est sententia in speciali.

### QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum ingenuus vel innascibilis sit notio patris.

T. 1. q. 13. ar. 4.

Circa distinctionem istam primū queritur de proprietate ingenuitatem & innascibilitatem. Secundū de imaginatione. Circa primum inveniuntur duo. Primum est vtrum

ingenuus

ingenitum vel innascibile sit notio patris. Secundum est utrum innascibilitas sit proprietas constitutiva personae patris. Ad primum sic proceditur. Et videtur quod ingenitum vel innascibile non sit notio patris, quia sicut pater est principium personae genit, ita est principium personae procedens, ergo si propter oppositionem quam habet pater ad personam genitam, notio patris dicitur esse ingenitum, eodem modo propter oppositionem quam habet ad personam procedentem proprietas eius deberet esse quod dicereatur inpropositibilis, sed hoc non ponitur ergo nec alia debet poni.

2. Item notio patris non debet alii conuenire, sed ingenitum vel innascibile conuenit aliis quam patre (scilicet essentiæ & Spiritui sancto.) ergo non est notio patris,

3. SED IN contrariu est quod dicit Hilar. 4. de tri. quod est unus ab uno, scilicet ab ingenito genitus proprietate, videlicet in unoquoque immutabilitatis & originis.

4. RESPONSO. Videntur sunt tria. Primum est quid importatur per innascibile vel ingenitum. Secundum est suppositum quod illud sit priuatio super quid fundatur. Tertium erit, id quod queritur, scilicet utrum ingenitum vel innascibile sit notio patris.

5. QVANTVM ad primum sciendū est quod innascibile seu ingenitum non importat formaliter aliquid positivum quod patet, quia illud est absolutum vel relatum non absolutum, quia absoluta cōuenient omnibus personis, ingenitum autem non conuenit filio, ergo non dicit aliquid positivum abolutum. Item nec relatum, quia omnis relatio diuina realis est relatio principiū vel principiū: sed ingenitum non est relatio principiū, cum quia secundum unam acceptiōē conuenit Spi. san. qui non est alicius persona principiū, cum quia si non esset nec esse posset nisi unum rantium suppositum abolutum illud est ingenitum & non est principium, nec est relatio principiū, quia conuenit patre cui non conuenit esse principium, ergo ingenitum non dicit formaliter aliquid positivum abolutum vel relatum. Item nec dicit puram negationem, quia pura negatio potest competere enti & non enti (sicut nō lapīs vel non homo potest dici de aſto & chimera.) Sed esse ingenitum non potest cōpetere nisi enti, ergo non dicit puram negationem. Relinquitur ergo quod formaliter importat solam priuationem eius quod formaliter importat per genitum, sicut incorrumpibile importat formaliter solam priuationem eius quod formaliter importatur per corruptibile. Dico autem formaliter, quia ratione denominationis importat quā materialiter subiectum vel suppositum cui cōuenit talis priuatio. Qualiter autem nomen priuatiōē posuit esse in diuinis, dicitur est su. dist. 1, quā ſt. 3. & sic patet primum.

6. DE SECUNDO scilicet super quid fundatur talis priuatio. Sciendum quod non queritur de subiecto vel supposito cui cōuenit talis priuatio, hoc enim est suppositum patris secundū omne illud quod est positivum in ipso vt postea dicetur. Omne enim quod est in parte ut in patre est, ingenitum est. Sed queritur de ratione vel proprietate per quam conuenit patri & his qui in patre sunt esse ingenitum. Et hanc oportet dare in omni priuatione ut videtur, quia omnis negatio reducitur ad affirmationem, & omnis priuatio ad habitum.

7. Et hoc dicunt quidam quod ingenitum fundatur super essentiam ut non ab alio, unde dico quod in diuinis non est distinctio personarum, sed tantum unum suppositum illud est ingenitum, quia haberet essentiam non ab alio. Sed istud improbat ab aliis & rationabiliter, quia idem non est fundamentum sui ipsius. Nunc autem ingenitum (vt nunc de ipso loquimur) nihil aliud est formaliter quam esse nō ab alio, ergo esse non ab alio non est fundamentum vel ratio quare aliquid dicatur ingenitum.

8. Propter quod dicendum est aliter quod ratio per quam aliqua priuatio conuenit alicui est illa per quam repugnat ei oppositus habitus. Unde ratio per quam ingenitum conuenit cuius est illa per quam repugnat ei esse genitum. Ratio autem per quam repugnat alicui esse genitum sive esse ab alio (sic enim nunc accepimus genitum) forte nō potest dari communis & vniuersalē pro absolutis

& relativis, quia esse ab alio sicut à causa prout competit abſolutis & esse ab alio sicut à principio quod non est à cauſa prout est in diuinis ſola relatione diuīnēs non dicitur vniuersalē proportionabiliter tamē potest reddi ratio hinc & inde. In abſolutis enim ratio quare competit alii cui esse ingenitum vel innascibile eft esse omnimodē perfectum. Per hoc enim repugnat cuilibet abſoluto eft ab alio. Cuius ratio eft, quia in abſolutis diuīnēs per eſſentiam quicquid eft vel eſſe potest ab alio habet eſſentiam dependētē ab alio in fieri vel in eſſe vel in vtrōq; ſimul quod eft imperfectionis, & per oppoſitū quod eft omnia quae perfectum non eft ab alio dependens, nec in fieri nec in eſſe, propter quod non eft ab alio tanquam abſolutū ab abſoluto. Proportionabiliter autē potest dici in relationis ſola relatione originis diuīnēs ut ſunt personae diuinæ, quia in aliis relativis quæſtio hæc non habet locum pro eo qđ in creaturis relativum non eft à relativi, niſi quia abſolutū eft ab abſoluto, ſuppoſita enim creaṭa quorum eft generare & generari ſunt diuīnēs per naturas abſolutas. Et dictum eft qualiter talibus potest comeſtere ingenitum, & propter quam rationem.

9. Sed in diuinis habet ſpecialem difficultatem, videtur tamen quod ratio per quam conuenit persona diuinæ quod sit ingenitum vel innascibilis eft autoritas vniuersalis principiū vel primi principiū, nec ide idem eft funda-  
mentum ſuipius, quia non eft ab alio non eft de intrinſeca ratione primi, vt poſteā patet. Per hoc enim repugnat tali persona eft ab alio, quia ſi eft ab alio, nō eft principium illius ſed econtraſo, nec a eft eſſe potest, quia nulla natura rei hoc patitur vt aliquid ſeipſum producat, ergo per hoc quod inter personas diuinas aliqua habet autoritatem primi principiū conuenit ei quod nō ab alio eft. Et ita conuenit ei quod sit ingenitum & innascibilis, & hæc autoritas videtur importare quā omnimodē perfectionem, ſicut secundum veritatem autoritas originis non importat maioriātatem perfectionis, vt dictum eft di. 16. quā ſt. 4.

10. Contra hoc tamen videtur eſſe dictum Augustini in ſexto de trin. qui dicit quod si pater filium nō genuiſſet nihil prohiberet eum qui dicit quod si pater filiu[m] non genuiſſet non habuſſet autoritatem vniuersalis principiū, ergo talis autoritas non eft ratio qualiter pater dicas tūr ingenitum.

11. Et dicendum ad hoc quod intentio Aug. ſolum eft ibi quod paternitas & ingenitum nō ſunt vna notio formaliter, nec eſſe patrem eft formaliter, eſſe ingenitū, quod verum eft, liceat paternitas ſi nominet vniuersale principiū, ſit ratio quare patris conueniat eſſe ingenitum. Sed quia quicquid iſe intendat ex dictis ſuis potest excludi contrarium, vt argutum eſſi, ideo dicendum eft quod paternitas vel autoritas principiū non eft in omnibus, eft qđ aliquid ſit ingenitum, quia non eft ratio in abſolutis, illis enim aliquid potest dici ingenitū, etiā ſi nullius ſit principiū, ſicut ſi poneretur unum ſuppositum diuinum tātum abſolutum & nullo modo aliud eſſer aut posſet eſſe praeter illud, certe illud eſſet ingenitum, & tamē nullius eſſet principiū, & ſic procedit dictum Aug. ſciliquer quod ſi pater nō genuiſſet filium vel non produxiſſet Spi. san. nihilominus eſſet ingenitum, ſed certe tunc non eſſet patet, quia non genuiſſet nec eſſet persona diuīnēs relatione originis ab alio, ſed tantum eſſet unum ſuppositum abſolutum quod eſſet ingenitū ex eo quod haberet omnimodē perfectionem que eſſet pofibilis ſtante hypothefi. Sed ſuppoſito quod ſint plures persone diuinæ diuīnēs relatione originis ita quod neceſſe eft quod quā libet earum ſit producens vel producita vel vtrūq; ſimul, ratio quare vni carum conueniat eſſe ingenitā refpeccū aliarum eft ratio vniuersalis principiū, nec hac ratione exclusa pater eſſet ingenitum, quia omnino nō eſſet pater, cum conſtitutar in eſſe per relationem principiū primi, ſic ergo pater ſecundum.

12. DE TERTIO ſciendum φ ſicut dictū fuit ſupra dist. 13. Ingenitum potest aliquid diei dupliciter. Vno modo quia eft ab alio, ſed non per generationem & ſic ingenitum non potest eſſe notio patris, nec ei cōuenit quia a nullo eft, ſed conuenit Spi. sancto, licet non ſit proprium eius.

Magistri Durandi de  
eius notio, quia talis negatio non importat dignitatem.  
Alio modo dicitur aliquid ingenitum quia omnino non  
est ab alio, & sic est notio patris, quia inter omnes perso-  
nas diuinam, solum patri conuenit non esse ab alio; Et ita se-  
cundum doctores sunt duas proprias notiones patris qui  
est principium non ex principio, una qua dicitur principium  
& haec est paternitas. Alia secunda non est ab alio prin-  
cipio, & hoc est ingenitum vel innascibilitas. Et confirmat-  
ur tali persuasione, illud non propriè potest dici ingenitum  
quod per generationem procedit, aut generationem  
supponit, vel quod per generationem cōmunicatur, filius  
autem per generationem procedit, processus autem Spi-  
ritus sancti generationem supponit, essentia vero per genera-  
tionem cōmunicatur filio. Et ideo nihil horum proprietatis  
potest dici ingenitum, pater autem non gignitur ut filius,  
nec generationem supponit ut Spiritus sanctus, nec per gene-  
rationem cōmunicatur ut essentia in filio, propter quod  
pater propriè potest dici ingenitus.

13. AD PRIMVM argumentum potest dici quod  
ingenitum prout conuenit patri tanquam notio includit  
in se improcesibile, dicitur enim ingenitus quia et non  
ab alio per quemcumque modum, scilicet nec genitus, nec  
procedens, propter quod in ingenito includitur impro-  
cessibile.

14. AD SECUNDVM dicendum quod nec esse  
nec Spiritui sancto conuenit esse ingenitum ut ponan-  
tur notio patris. Spiritus enim sanctus est ab alio. Essentia  
autem diuina licet absolute non est ab alio, tamen ut in  
filio est, est in ipso per generationem, non quidem produ-  
cta sed communicata, &c.

QVÆSTIO SECUNDA.  
Vtrum ingenitum sit proprietas patris constitutiva.

*Tho. i. q. 33. ar. 4.*

A Secundum sit proceditur. Et videtur quod ingenitum, seu innascibilitas sit proprietas constitutiva pa-  
tris, quia prima persona constitutiva per primam in pro-  
prietatem, sed pater est prima persona. Innascibilitas ve-  
ro est prima proprietas, ergo &c. Maior pater. Sed minor  
probatur quantum ad hanc partem quod innascibilitas  
sit prima proprietas. Alia enim pars plana est, scilicet pater  
sit prima persona. Quod autem innascibilitas sit  
prima proprietas probatur multipliciter. Primo sic, il-  
lud quod est ultimum in resolutione est primum in com-  
positione, sed innascibilitas est ultimum in resolutione,  
quare oportet quod sit primum in compositione. Secundo  
sic, si innascibilitas est posterior paternitate, est postea-  
rior etiam filiatione, quia paternitas & filatio tanquam  
correlativa sunt simul naturæ & intellectu, hoc autem non  
potest esse, quia omne quod est posterior filiatione com-  
municatur filio, innascibilitas autem non potest cōmu-  
nicari filio, ergo non est posterior filiatione & paternitate,  
ergo est prior, & sic idem quod prius. Itē si innascibilitas  
est posterior filiatione dependet ab ea, sed hoc est fal-  
sum, ergo &c. Tertio sic, si innascibilitas est posterior pa-  
ternitate & filiatione, aut est mediū inter filiationē &  
communem spirationē, aut in eodem gradu cum spiratio-  
ne actua, aut posterior. Nō potest dici quod sit medium,  
quia tunc cōmuni spiratio conueniet filio per innascibil-  
itatem, quod falsum est, nec sunt in eodem gradu cū  
vnu sit affirmatum reliquum priuatuum que nō possent  
esse eiusdem gradus, nec est posterior spiratione actua,  
quia est posterior spiratione passiva cū dicantur rela-  
tione, & sint simul. Hoc autem est absurdum, scilicet quia innasci-  
bilitas quae est proprietas solius patris sit posterior pro-  
prietate Spi. sancti, ergo innascibilitas nullo modo sequi-  
tur filiationem aut paternitatem; precedit ergo, & sic, pri-  
ma proprietas, &c. Quarto, quia illud est prius quod  
plus habet de ratione primi, sed innascibilitas plus habet  
de ratione primi quam paternitas, ergo &c. Minor pro-  
batur quia plus est de ratione primi quod non sit ab alio

Sancto Porciano

quam quod ab ipso sit aliud, quia Christus dicitur primo  
genitus matris. Mat. 1. & Luce. 2. ex eo quod ante eum  
non fuit aliud, & non quia post ipsum fuit aliud ergo &c.

Sic ergo probata est, minor sequitur ergo conclusio.

2. IN CONTRARIUM arguitur, quia persone

diuinæ constituuntur per se relationibus, sed paternitas

est relatio per se, innascibilitas vero non est relatio nisi per

reductionem, sicut reducitur negatio ad affirmatiū vel

priuatione ad habitum, ergo pater prius & magis per se co-

stituitur per paternitatem quam per innascibilitatem.

3. RESPONSO. Quidam dicunt quod pater per

prius constitutus in esse personali per innascibilitatem

quam per paternitatem. Quorum vna ratio est illa que

posita est in arguendo. Sunt etiam aliae plures additæ ad

idem. Quirū prima ratis est. Sic ut se habere habere est ad

cōmunicare, ita modus habendi ad modum cōmunicandi,

sed habere esse prius est quam cōmunicare esse, ergo

modus habendi est prior quam modus cōmunicandi, id

innascibilitas dicit modum quo pater habet esse, scilicet

non ab alio, paternitas vero dicit modum cōmunicandi

est scilicet per generationem, ergo prius est innascibili-

tas quam paternitas, sed per priam proprietatem consti-

tuitur prima persona, ergo &c. Secunda talis est. Illud

quod est altera ratio est, est prius illo, sed innascibili-

tas est patri ratio generandi, & per consequens ratio pa-

ternitatis, ergo innascibilitas est prior paternitate, & sic

idem quod est prius, minor probatur dupliciter. Primo

quia sic se habet genitus ad non generare ita ingenitus

ad generare, sed filius, quia genitus non generat, ergo pa-

ter, quia ingenitus generat. Secundo, quia sic se habet

non spiratus ad spirare, ita ingenitus ad generare, sed fi-

lius, quia non spiratus spirat, ergo pater, quia ingenitus

generat, & haec iuri minor. Tertia ratis est, illa que sunt

in Deo perfectiora minus possunt cōmunicari creatu-

ris, sed paternitas cōmunicatur creaturis, non autem

innascibilitas, ergo innascibilitas est perfectior quam pa-

ternitas, sed per proprietatem perfectiorem prima consti-

tuitur persona, ergo &c.

4. Alii dicunt, quod innascibilitas non primū constituit

personam patris, immo omnino non constituit. Et hoc mihi

videtur verius. Cuius ratio est, quia illud quod de se nō

nihil ponit, sed supponit, non potest constitutere primā perso-  
nam in diuini, sed innascibilitas nihil ponit, sed supponit,  
ergo &c. Maior pater, quia possumus oportet consti-  
tui a possumus aliquo, & primū a primo, quod autem nihil  
ponit non est possumus, quod vero supponit aliud, non est  
primum, ergo quod nihil ponit, sed supponit, non potest  
constitutere primā personam in diuini, tū quia possumus  
est, tū quia prima. Minor similiter clara est ex ratione  
terminorum, innascibilitas enim vel est negatio vel priua-  
tio. Neutro autem modo ponit aliquid, sed supponit sub-  
iectum, vel aliquam proprietatem per quā conunit substanti-  
ā, quare &c. Et videtur hæc ratio sufficienter cōcludere  
quod innascibilitas non solum non constituit primo per-  
sonam patris, quia nō est proprietas prima, immo nihil facit  
ad eius constitutionē, quia nō est eius proprietas, ad  
constitutionem enim possumus nihil facit nisi quod est po-  
suum, unde sic ut ad constitutionē Spiritus sancti nihil  
facit quod ab ipso non est aliud: ita ad constitutionē pa-  
tris nihil facit quod ipse non est ab alio, quod est esse in-  
nascibilem vel ingenitum. Item illa proprietas per quam  
una persona non coexigit aliam nō est constitutiva per  
sonæ, sed innascibilitas est huiusmodi, ergo &c. Maior pa-  
ter, quia cum persona diuina sit relativa necessario coexi-  
git aliam, quod oportet esse ratione proprietatis consti-  
tuentis ipsam, minor etiam manifesta est, quia pater ra-  
tione innascibilitatis solum negat personam à qua fit, &  
non ponit aliquid.

5. AD PRIMVM argumentū principale est dicen-

dum per interemptionē minoris, scilicet quia innascibili-

tas non est prima proprietas. Et cū probatur, quia illud

quod est ultimum in resolutione est primū in cōpositione.

Concedatur tunc ad minorem per interemptionē, in-

nascibilitas non est ultimum in resolutione, immo nec est ali-

quid eorum que sunt in resolutione, quia nec est aliquid

eorum que sunt in cōpositione, negatio enim & priuatio

licet possint consequi ad ea que intrant compositionem,

nun-

Lib. I. Distinctio. XXVIII.

nunquam tamen sunt de compositione rei, nec per consensum sit in ea resolutio per se. Et quod probatum vterius quia illud est ultimum in resolutione in quo statut, nec contingit vterius querere. Dicendum quod ista resolutio aut intelligitur de resolutione primae personae in ea que ipsam constituant, aut de resolutione diuinarii personarum in primis, que resolutio fit secundum rationem productoris & producitur. In qua resolutione fit status in primo productori, si intelligatur de prima resolutione que est persona prima in constitutione ipsam, sic nullo modo fit resolutio in innascibilitatem, nec in ipsa statut, quia non cadit in constitutionem ut prius dictum est, sed fit resolutio in paternitate, & in ipsa statut, quia licet paternitas secundum communem rationem nominis dicat tantum relationem fundatam super potentiam vel actum generandi, tamen ut in diuinis accipitur dicit plus, scilicet relationem fundatam super vniuersalitatem principii, vel super primitatem principii omnium originum diuinarii, in primo autem & vniuersali principio semper est statut. Non enim est principium omnium, si in eo non staretur, sed est ab alio, propter quod in paternitate sic accepta statut sicut in prima proprietate constitutive personam patris, non autem in innascibilitate. Si vero fiat reductio vel resolutio personarum diuiniarum in primis, sic statut in patre. Sed de hoc nihil ad proprium, nisi dicteretur quod in patre est status quatenus est innascibilis, & non quatenus pater. Sed hoc exclusum est per hoc quod dictum est quod paternitas dicit proprietatem fundatam super vniuersalitatem principii in qua ratione statut, nec est vterius quae rere in diuinis, sed licet in innascibili est status, non tamen ratione innascibilitatis, quia potest vterius queri quare sit innascibilis, quia omnis priuatio habet causam, causa enim vel ratio innascibilitatis est vniuersalitas principii & non econuerio, quia negatio vel priuatio nullius possit est per se ratio vel causa, sed econuerio.

6. Ad secundum probationem eiusdem minoris, quum dicitur si innascibilitas est posterior paternitate, &c. Dicendum quod in diuinis non est prius & posterius secundum rem, licet sit ibi ordo originis quo vnum est ab alio. Et tamen in diuinis dare prius & posterius secundum modum intelligendi, & hic ordo est inter illa quorum intellectus vnius supponit intellectum alterius. Hec est enim ratio eorum que se habent secundum prius & posterius, quod posterior supponit suum prius. Dicendum ergo quod paternitas & innascibilitas generaliter sumpta non habent inter se ordinem, ita vt vnum sit prius altero, quia quolibet postest inueniri sine altero. Aliquis enim est pater, quia non est innascibilis, vt est in hominibus. Et innascibilis posset alii cōuenire sine paternitate, sicut si est in diuinis vnum suppositum absolutum, vnde intellectus vnius non supponit intellectum alterius, propter quod non habent inter se aliquem ordinem prioris & posterioris, tamen ita vt cōveniunt diuinis inter se habent ordinem prioris & posterioris. Paternitas enim hoc modo prior est innascibilitate, quia paternitas dicit primam relationem fundatam super autoritatem principii vniuersalis. Innascibilitas vero dicit priuationem essendi ab alio, per prius enim & essentias eius conuenit vniuersali principio esse principium primi producti, quia non est ab alio. Et ideo paternitas est prior innascibilitate, & cum dicas, ergo filiatione similiter est prior, concedatur. Et cum subditur: Omne quod est posterior filiatione est cōmunicabile filio, verum est in posteriori, non autem in negatiuus vel priuationi, quia negatio & priuatio non possunt cōmunicari, nisi ratio per quam inest subiecto sit cōmunicabilis: Et quia autoritas principii vniuersalis super quam fundatur innascibilitas non est cōmunicabilis filio, ideo nec innascibilitas.

7. Quod dicit tertio si innascibilitas est posterior paternitate & filiatione, &c. Dicendum quod innascibilitas nec est media inter filiationem & spirationem, nec est simul cum spiratione, nec posterior est, quia eti ipsa possit habere aliquem ordinem ad filiationem ratione paternitas cum qua filiatione est simul, tamen nullum omnino ordinem habet ad spirationem actiua vel passiuam.

8. Et ad illud quod quartum dicitur quod innascibilitas habet plus de ratione primi quam paternitas. Dicendum

Quæstio II.

81

quod est falsum, quia ratio primi non consistit in non esse ab alio. Tum quia ratio positivum totaliter consistit in eo quod positivum est. Primum autem dicit quid positivum: Et ideo non esse ab alio nullo modo est intrinsecum de ratione primi. Tum quia si est vnum tantum illud est in nascibile vel non ab alio, non tamen primi. In quo ergo consistit ratio primi: dicendum quod cum primum sit non men ordinis. Primum est ex quo, vel post quod omnia alia sunt. Et verum est quod ad hoc sequitur quod a nullo sit, sed non est hoc intrinsecum de ratione primi, sed est proprietas concomitans. Constat autem quod paternitas que est proprietatis originis respectu alterius magis participat ratione primi tam dictam quam innascibilitatem. Et quod dicitur vterius, quod Christus dicitur primogenitus, &c. Dicendum quod scriptura non semper seruat proprium modum loquendi. Et iterum licet non fuerit post ipsum Christum aliis à matre genitus, potuit tamen esse quantum fuit ex cursu naturae. Et hoc minuit improprietatem modi loquendi.

• AD RATIONES contrarie opinionis. Ad prius cōcedo totum vñq; ibi, innascibilitas dicit modum habendi esse, paternitas vero modum communicandi. Et istud est negandum. Innascibilitas enim non dicit formaliter modum habendi esse, sed modum non habendi, paternitas vero modum communicandi non dicit, sed proprietatem personæ cōmunicantis. Sed vniuersalitas principii dicit modum habendi esse, scilicet ut in fonte. Et ideo hæc secundum modum intelligendi præcedit vtrumq; scilicet paternitatem & innascibilitatem tanquam fundamentum vtrumq;. Posset etiā dici quod in absolutis prius est habere esse & modum habendi, quam cōmunicare esse & modum communicandi. Sed in his que cōstituuntur in esse per communicate esse sicut sunt personæ diuinæ, que cōstituuntur in esse personali per dare esse & accipere esse non est verum, sed sunt simul secundum intellectum verum habere esse & communicate esse modus habendi, & modus communicandi, vnde præter falsitatem minoris maior etiam non est vniuersaliter vera.

10. Ad secundum dicendum per interemptionem minoris, quia innascibilitas non est paternitati ratio essendi. Ad probationem cūm dicitur sicut se habet genitus ad non generare, ita genitus ad generare. Dicendum quod falsum est, quia affirmatio potest esse causa negationis & non econuerio, vnde esse genitum potest esse ratio non generandi. Ex eo enim quod est aliquid genitum habet quod non sit vniuersale principium, & per consequens quod non sit pater, prout paternitas sumitur in diuinis modo superius dicto, sed ingenitum in quantum huiusmodi nullius affirmatur est causa seu ratio, sed solum negat esse ab alio. Et quod dicitur postea filius, quia non spiratus spirat, ergo pater, quia non genitus generat. Dicendum quod antecedens est falsum, filius enim spirat, quia habet virtutē spirandi, & non quia non est spiratus, operat enim positivum esse causam positivam & non negativam tantum.

11. Ad tertium dicendum quod sola positiva directe & formaliter importat perfectionem. Et ideo inter positiva que Deo cōuenient illa sunt perfectiora que minus possunt cōmunicari creaturis, sicut omnipotentia perfectior est quam sapientia. Si autem alterum sit positivum & non cōmunicabile. Alterum vero priuationum & incomunicabile, non propter hoc illud negatiuum, quantum ad hoc quod dicit formaliter, erit perfectius positivo, quia negatio nullam perfectionem ponit, licet forte aliquid supponat perfectius illo positivo. Et hoc modo ingenitum vel innascibilitas supponit vniuersalitatem principii que est incommunicabilis & aliquid perfectius vel quasi perfectius secundum modum intelligendi quam paternitas absolute dicta. Ipsa tamen innascibilitas quantum ad illud quod dicit formaliter non est perfectior paternitate, sed econuerio. Itē cum dicitur in minori, quod paternitas est cōmunicabilis: verum est secundum generali rationem nominis, sed prout est proprietatis fundata super autoritatem primi principii vniuersalis non potest cōmunicari sicut nec innascibilitas.

L QVÆ

Magistri Durandi de

Q VÆSTIO TERTIA.

Vtrum imago dicatur in diuinis essentiæ  
litteran personaliter.

*Tbo.1.q.35.ar.1.*

**P**oste quæritur de imagine, vtrum dicatur in diuinis  
essentialiter an personaliter. Et videtur quod essen-  
tialiter, quia illud quod cœnunt tribus personis est esse-  
ntiale, sed esse imaginem cœnunt tribus personis, ergo &c.  
minor probatur per illud quod dicitur Gen.1. Faciamus  
hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Et Aug.  
dicit de fide ad Petrum, quod vna est sancte trinitatis di-  
uinitas & imago ad quam factus est homo, quare &c.

**2 IN C O N T R A R I V M** est quod dicit Aug. quid  
est absurdius quam imaginem ad se dici ergo dicitur re-  
lativus, sed relativa in diuinis sunt personalia, ergo &c.

**3 R E S P O N S I O.** Videnda sunt tria. Primum est  
quid sit de ratione imaginis. Secundum vtrum conueniat  
diuinis. Tertium an sit proprium filii.

**4 D E P R I M O.** dictum fuit supra dist.3. quest.1. sci-  
licet quod de ratione imaginis sunt duo. Vnum est, quod  
illud quod dicitur imago, sit simile illi cuius est imago.  
Aliud est, quod ab eo sit productum effectu vel exem-  
plariter, et plenius deductum fuit prius.

**5 Q V A N T U M** ad secundum videtur esse dicendū,  
quod imago non cœnunt propriæ diuinis, prout tamen  
conuenit dicunt personaliter & non essentialiter. Primum  
patet, quia si esse imaginem conueniret diuinis propriæ,  
aut conueniret Deo, respectu creaturae, aut vni persona  
diuina respectu alterius, non primo modo, quia imago  
est aliquid productum ad imitationem alterius cuius est  
imago, sed nihil diuinum est productum ad imitationem  
creatura, sed potius econtra creature producta est ad  
imitationem diuinæ naturæ, ergo Deus non est imago  
creature, sed potius creatura Dei est imago: verutamen  
sic exemplar vocamus quandoq; nomine exempli (qua-  
uis impropriæ) sic illud cuius est imago vocamus quan-  
doque nomine imaginis, & hoc modo sumitur imago  
Gen.1. Et ab Augustino, lib. de fide ad Pertum in autoritate  
prius allegata.

**6 I**tem nec vna persona potest propriæ esse imago al-  
terius personæ diuinæ, quia imago importat similitudinem  
ad illud cuius est imago, vbi ergo nō est propria similitudo,  
ibi nō est propriæ imago, sed in vna persona respectu  
alterius nō est propria similitudo, ergo &c. probatio mi-  
noris, quia propria similitudo nō est inter personas diui-  
nas quo ad relationes originis, quia secundū Aug. quis de  
quo fit non est æqualitatem aut similitudinem. Sed oportet  
quod attendatur secundū essentiam acceptā sub ratione  
quætitatis vel virtutis vel perfectionis, vt dictum fuit  
prius, vbi etiā dictum fuit quod similitudo propriæ dicta  
differt ab identitate qua vnum numero numeri id est  
sibi ipsi quātum ad duos, scilicet quātum ad distinctionem extre-  
morum, & quantum ad fundamentorum distinctionem, quia  
in similitudine propriæ dicta prout reperitur in creaturis  
que sunt nobis notiores, & quibus nomina imponimus  
primo est distinctione fundamentorum & extremorum. In  
identitate autem nihil horum distinguuntur secundū rem,  
propter quod vbi inuenitur vnum numero fundamen-  
tum cum distinctione extremorum sicut in diuinis, ibi  
non est totalis identitas propter distinctionem extremo-  
rum, nec propriæ similitudo propter identitatem funda-  
menti, sed est media cœuentia inter identitatem &  
similitudinem minor totali identitate, & maior similitudine  
ne, patet ergo quod vna persona non est alii similis pro-  
priæ, sed est plusquam similis, quia vere persona vna est  
eadem cum aliis in essentia, & per consequens vna nō est  
propriæ imago alterius, quia vna non imitatur aliam in  
essentia cum nunquā sit propriæ imitatio secundum vnum  
& idem numero, accipiendo tamen imaginem & simili-  
tudinem pro summa conuenientia in vna forma & natu-  
ra, inuenitur in diuinis imago & similitudo, que tamen  
est aliquid potius imagine vel similitudine, & imago sic  
accepta dicitur in diuinis solum personaliter. Quod sic  
patet, quia imago est aliquid productum ad alterius imita-  
tionem, sed esse productum non conuenit nisi persone,  
ergo &c. & sic patet secundum.

Sancto Porciano

**7 C I R C A** tertium notandum quod esse imaginem  
conuenit tam filio quam Spiritui sancto, filio tamen ma-  
gis competit per appropriationem. Primum patet, omne  
productum in similitudine & æqualitate ad alterum est eius  
imago. In hoc enim constituit ratio imaginis, sed Spiritus *Th. ar.1.*  
sanctus producitur in similitudine & æqualitate ad patrem  
scilicet filius, ergo qualibet poteſt dici imago patris unus si-  
c ut alius. Et hoc sic exp̄ſit dicit Damal. & doctores Greg.  
Secundum patet, scilicet quod solus filius per appro-  
priationem dicitur imago, quia est Spiritus sanctus est  
similis patri vt filius, tamen filius ex ipsa ratione nomi-  
nis habet quod sit similis patri. & quod producatur in si-  
militudinem patris, dicitur enim filius, quia sit virile.  
Spiritus autem sanctus non hoc ex ratione sui nominis  
habet, & de patre, nec ex modo processione suę quum  
non procedat ex modo naturæ, qui est modus assimila-  
tionis in generatione prosectorum, sed per modum vo-  
luntatis. Per voluntatem autem producitur non quale est  
producens, sed quale vult producere. Et ideo solus filius  
per quamdam appropriationem dicitur imago, nō autem  
Spiritus sanctus. Et sic loquitur scriptura de filio Col.1.  
qua est imago inuisibilis Dei. Et beatus Augu.de trin.6.  
qui dicit quod solus filius est imago patris.

**8 A D A R G V M E N T A** patet solutio ex iā dictis.

D I S T I N C T I O X X I X.

Sententia huius distinctionis in gene-  
rali & speciali.

**E**st præterea aliud nomen, &c. Superioris Magister de-  
terminauit de innascibilitate quæ est proprietas per-  
sonæ nō personalis. Hic vero determinat de alia proprietate,  
scilicet de notione quæ non est proprietas personæ  
qua vni tantum persona non conuenit nec proprietas  
personalis, quia nullæ personam constituit, scilicet de co-  
munitate spiratione quæ designatur cu[m] dicitur pater & filius  
sunt vnum principium. Spiritus sancti. Et diuiditur ista  
pars in duas. Primum enim ostendit quomodo nō principium  
deo dicitur. Et quia Deus dicitur principium quan-  
doq; ex tempore quandoq; ab æterno. Ideo secundum ostendit  
quid qualiter aliud deo dicitur ex tempore. Scilicet  
dicitur in principiis. Ibi dicunt quædam. Prima est  
præsentis lectionis. Et diuiditur in duas, primum inquit  
quot modis dicitur Deus esse principium. Secundum pro-  
sequitur diuisionis partes. Secunda incipit ibi, Et patet  
ab æterno. Et diuiditur in duas. Primum ostendit qualiter  
Deus dicitur principium creaturae. Secundum qualiter vna  
persona dicitur principium alterius. Secunda ibi, Deinde  
in eodem. Haec secunda diuiditur in duas. Primo ostendit  
quod pater dicitur esse principium filii, & pater & filius  
Spiritus sancti esse principium, non tamen esseential, sed  
notionale. Secundum ostendit qua notio pater dicitur  
esse principium filii, & pater & filius Spiritus sancti sine  
principio. Secunda incipit ibi, qua igitur notio, &  
hac est diuisionis præsentis lectionis in generali.

**2 IN S P E C I A L I** sic procedit Magister. Et propo-  
nit quod principii nomen dicitur relativum in diuinis, im-  
portat enim relationem ad creaturas vel relationem per-  
sonarum adiunictem. Deinde dicit quod quilibet perso-  
na & tota trinitas dicitur principium creaturarum & eo-  
rum qua naturaliter esse habent, non autem peccatorum  
qua naturam viciant, & hoc ratione creationis proper  
qua creationis relatio intelligitur inter Deum & crea-  
turam. Sunt enim omnes persona vnum principium res-  
pectu creaturae. Et hoc ex tempore non ab æterno. Postea  
dicit quod persona est principium alterius, patet enim est  
principium filii, quia ipsum genuit, & pater & filius sunt  
principium Spiritus sancti, quia ab eis procedit. Sunt autem  
pater & filius vnum principium Spiritus sancti, di-  
citur autem vna persona principium alterius non ex tem-  
pore, sed ab æterno: Non essentialiter, sed notionaliter  
respectu alterius. Ultimò dicit qua notio vna persona  
dicitur principium alterius, quia pater eadē notio est  
principium filii quia ipse est pater, scilicet generatione  
actiu[m]. Similiter pater & filius vna & eadē notio sunt  
principium Spiritus sancti, quia non prius procedit ab  
vna persona, quā ab alia. Illa autem notio non erat no-  
minata tempore Magistri.

*Q Y E.*